

2499.

1325 d. 12 Mars.

GREGER MAGNUSSON upplåter $\frac{1}{2}$ örtugland i Morga i Alsike socken åt Domprosten Björn i Upsala.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus. GREGORIUS MAGNUSSON salutem in omnium saluatore. Tenorepresencium recognosco. me. viro discreto domino Beroni preposito,, vpsalensi dimidium solidum terre in villa morga parochia alseke, pro pleno et condigno precio dimisisse. mihi meisque heredibus penitus alienando. sibi suisque heredibus firmiter appropriando perpetuo possidendum In cuius rei evidenciam firmiorem siggillum meum presentibus, est appensum. Datum. Anno domini M^o C^o C^o C^o XX^o quinto. Die Beati gregorij pape.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

2500.

1325 d. 12 Mars.

Linköping.

Kaniken i Linköping OLOF testamenterar sin gård i Hundaberg till inrättande af en prebenda vid Linköpings domkyrka och gifver dertill inventarier af boskap och bohag; bestämmer åtskilliga gåfvor af penningar, bohag, kläder, böcker m. m. till kyrkor, kloster, det heliga landet, samt andliga personer och lekmän. (Jfr N. 2188).

Registr. Eccl. Lincop. perg. fol. 183 v.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Anno ab incarnatione eiusdem. Millesimo CCC XX quinto. In die beati gregorij pape. Ego OLAUUS canonicus ecclesie lincopensis mente sanus. licet corpore debilis testamentum meum de bonis mihi a deo concessis condo et ordino in hunc modum In primis lego ecclesie lincopensi ad vnam prebendam curiam meam in hundabergh ad orientem cum omnibus attinenciis suis sicut in priori testamento meo plenius continetur. Jtem heredibus meis petro. geruato et jngeruni curiam meam in hundabergh ad occidentem. quam hereditavi post mortem kanuti dicti stubba. Jtem karissimo domino meo domino lincopensi crateras meas argenteas. Jtem ad terram sanctam XL marchas denariorum. Jtem fratribus beati iacobi de gladio christi X marchas denar. Jtem fratribus minoribus lincopie XX:ti marchas den. Jtem fratri magno duas marchas puri Jtem fratri laurencio vnam marcham puri Jtem ad altare beati olai vnam marcham puri pro vno calice faciendo Jtem dominabus in wretum X marchas denar. quas mihi tenetur dominus kanutus folkason pro vno ambulatore et III:or marchas dedi eis in priori testamento. Jtem fratribus skeningie V marchas denar. quas debent leuare ab eodem et III marchas denar. dedi eis in priori testamento. Jtem
cuilibet

cuilibet claustro et hospitali in osgocia III marchas denar. Jsta omnia sunt soluta preter XV marchas quas dominus kanutus folkasson soluere tenetur Jtem ecclesie mee slaku omnes domos meas in hukurstadhū Jtem ecclesie mee in flydhisbý suppellicium nouum Jtem domino beroni preposito vnum cornu dictum krok, et vnam amphoram stanneam. Domino Erlendo canonico vnum balteum argenteum et tria coclearia argentea et vnam amphoram stanneam. Domino marco colobium meum cum pellibus marderinis et tabardum meum cum capucio cum pellibus variis et cýphum meum argenteum Jtem dilecto cognato meo domino petro qui mihi humiliter seruierat tabardum meum blaium cum duobus capuciis et tunica. et breuiarium meum Jtem cuilibet prebendario et vicario in choro lincopensi dimidiam marcham denar. Jtem dyacono et subdyacono et cuilibet choralium duas oras Jtem birgero campanario II oras et ingolpho famulo suo tantum Jtem ecclesie beate virginis in akæn III:or marchas puri argenti Jtem domino hemmingo domini erlendi vicario corsetum meum cum pellibus marderinis Jtem domino sunoni in slaku. colobium meum de fileto et capucio [c:—cium] cum pellibus marderinis Jtem domino thýrgillo prebendario meo tunicam meam nouam cum capucio Jtem domino johanni in flydhisbý colobium meum blaium de sæian Jtem ad augmentacionem prebende quam fundauī de bonis meis in hundabergh II boues. II vaccas II sues cum VII porcellis V. culcedras et III:or fulcra VI puluinaria bona. cum vno supellectile dicto thækan et vnum kylth. tria mensalia et vnum manutergium. I magnam ollam cum alia minori. vnam caldariam dictam humblakætil cum alia minori I amphoram stanneam magnam cum alia minori. Et hoc volo quod ista omnia sint cum bonis prius datis pro inuentario perpetuo obseruando [c:—da] Jtem successori meo II equos. II boues. III vaccas II sues V:que culcedras III:or fulcra VI puluinaria bona. vnum supelectile dictum thekan I kylt III mensalia II manutergia. ornatum durarum stuparum. Jtem ornatum duorum hospiciorum. vnam caldariam magnam braxatoriam vnam magnam ollam cum alia minori Jtem I paruam caldariam I mortara cum suo plectro I watukar et vnam peluim. II amphoras stanneas. Volo quod omnia ista sint pro inuentario perpetuo obseruanda. Jtem arnoldo cuius skæningensi vnum cornu dictum kroka. et vxori sue .M. ambulatorem quem dominus meus lincopensis mihi tenetur. Jtem filie clementis in skeggiathorpe Olouo I caldariam I fulcrum II lintheamina tapetum meum blaium cum I thækan. duo puluinaria et I cussinum Jtem clementi I caldariam dictam humblakætil cum II ollis et vectigalia mea dicta løskiut Jtem geruato I equum cum sella et gladio Jtem domino thoriro V marchas denar. cum Ino psalterio Jtem katerine villice mee in masparløso I vaccam quam habet bille jtem cristine ænglico I puluinar Jtem I pedicale magnum ad al-

tare beate virginis Jtem wielmo III marchas denar. et vxori sue I vaccam Jtem filie ingeronis I vaccam que est in rydhe Jtem gunnaro sellam cum freno et polidro quem habet p. in kyle et III marchas denar. Jtem eugundi villice mee I fulcrum I culcedram I puluinar II linthiamina. I skidhaklædhe et III marchas denar. Huius autem testamenti mei exequutores ordino et constituo discretos viros dominum erlendum concanonicum meum dominum marcum sacristam et dominum thýrgillum prebendarium Ad horum eciam euidenciam pleniorum sigillum venerabilis patris domini karoli dei gracia episcopi lincopensis cum sigillo capituli eiusdem. et sigillis supradictorum exequutorum vna cum meo proprio presentibus sunt apensa. Datum et actum lincopie die et anno supradictis.

Allmän öfverskrift: Prebende Hundabergh.

2501.

1325 d. 15 Mars.

Upsala.

GREGER JONSSON qvitterar, å sin i Paris studerande broders, Magister Thomas' vägnar, 25 mark penningar, som Kanikerne Magnus och Thomas i Upsala återbetalt för Knut Porses räkning. (Jfr. N. 2440).

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presentes litteras inspecturis GREGORIUS JONSSON salutem in domino ihesu christo. recognosco per presentes me leuasse a discretis viris dominis mathia et thoma canonicis vpsalensibus •XXV. marchas denariorum nomine fratris mei magistri thome parisiis studentis sibi ex parte domini kanuti porssæ persolutas. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum vpsalie anno domini M^o CCC^o XXV^o feria sexta proxima post festum beati gregorii pape.

Af sigillet fins blott ett fragment på den ur brevet klippta remsan (skölden delad i tu på längden, i venstra delen 2 snedbjelkar).

2502.

1325 d. 18 Mars.

Lund.

INGEGERD MATSDOTTER, Alberts enka, och hennes son OLOF sälja, med Ingegerds broders och förmyndares bifall, till Kaniken (Decanus) Jakob Esbjörnsson 2:ne gårdar i S:t Nicolai församling i Lund, förbindande sig att svara för alla krono- och stads-utskylder intill försäljningsdagen.

Registr. Eccl. Lundens. perg. p. 96.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. JNGERDIS quondam relicta alberti, et OLAUUS filius meus salutem in domino sempiternam Nos [c: Nouerint] vniuersi nos. curias nostras in parrochia beati nicolai sitas. Anno domini M CCC XX quinto. secunda feria proxima post dominicam letare in